Opus hoc, de quo cf. Fabricii bibl. gr. ed. vet. XI, 83 et quod frustra quaesitur in collectione operum Ivonis, prorsus differt a majori opere Ivonis in XVII partes distributo, quod sub titulo libri canonis s. decreti tum separatim, tum in opp. Ivonis et bibl. PP. Lugd. XVIII, 472 ss. (ubi ~~et ipsum~~ item inscribitur Micrologus) prodiit.

Cod. membr. 164 folior. in 4. maj., sec. XII exaratus, litt. init. et rubricis minio distinctis. Notitia ejus extat in Gözii Merkww. II, 529. (Elect. 571.)

66 a

J. Chrysostomi sermones XI, graece, quorum aliquot nondum sunt editi.

Cod. membr. 43 folior. in fol. maj., sec. IX. exaratus, ut Matthaei perhibet, a quo emtus codex.

66 b.

Liber Hiobi graece, ex vers. LXX. nondum collatus.

Cod. chart. in fol. 11 folior., sec. XIV. ~~ineunte~~ exeunte aut XV. ineunte exaratus et a Matthaei emtus.

67.

Biblia latina V. et N. T.

Actus apostolorum collocati sunt inter ep. Judae et Apocalypsin. Epistola ad Laodicenses non adest. In fine legitur: „Anno domini millesimo quadringentesimo decimo octavo, indictione undecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini digna dei providentia papae quinti, decima nona die mensis Aprilis, Sole existente in tauro in octavo gradu, et luna in libra gradu vicesimo, hora meridiei finitus est liber iste. Sit laus deo. Amen. Amen."

Cod. membr. 351 folior. in fol., a. 1418 in Germania exaratus, litt. init. pictis. (~~Elect. 4~~) Notitia ejus extat in Gözii Merkw. II, 313. (Elect. 4.)